

## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Ioannis Ivsti Lanspergii Carthvsiani, Natione Bavari,  
Opvscvla Spiritvalia**

ab ipso Autore partim Latinè, partim Germanicè euulgata

**Landsberg, Johannes Justus**

**Coloniae Agrippinae, 1630**

Vtī amans anima cœlestis Hierusalem beatitudinem, ordinesq[ue]  
sanctorum contempleteur, illorumq[ue] felicitati co[n]gratuletur. Cap. XIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45857](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-45857)

in omnibus tuis, quam chorus angelicis excellentissime super ferris, ita ut que aenea pulchra & chara, pulchrior & charior fueras, nunc in deliciis coelestibus non solu omnia bus sanctis & angelis sed & ipsi filio & sponso tuo verbo & mirabiliter pulcher-  
rima & charissima videar is. Quam pulchra igitur & quam decorata est charissima in deli- Cant. 6  
cij, quasi aurora valde rutilans, tota formosa & suauis es, pulchra ut luna, electa ut sol,  
electa ex milibus, quae dilecto, pulcherrimo, electo ex milibus placuisti.

Vt amans anima compleetur beatissimam Mariam Dei matrem  
angelicis spiritibus sanctisque cunctis in caelis prelatam,  
caelestemque curiam sua beatitudine  
illuminantem.

## CAPVT. XII.

**O**ptima deliciosa, virgo speciosa, mater gloria, quae a proximo tibi clarissi-  
mo sole iustitiae, iure tam miram accipis claritatem, ipsa delectabiliter in te  
radios clarissimae diuinitatis suos tam copiosissime refundente, ut inter om-  
nes, immo prae omnibus non tantum filii hominum, sed etiam filii Dei, id est An-  
gelis te omnibus spectabilem, mirabilem, delectabilemque praebuerit, & suos similli-  
mam fecerit claritati, clarissima, charissima, dulcissima, doctissima, mitissima, Iob. 31  
misericordissima, letissima, lucidissima, cum qua creuit misericordia ab infantia, Cant. 1  
& de utero pariter est egressa, ostende mihi desiderabilem & delicatissimam faciem  
tuam, sonet vox tua in auribus meis.

Te enim o clarissima cum inspexero, aperietur oculorum meorum exercitas: te  
cum audiéro o cantrix suauissima, aurium mearum surditas dirumpetur & si ad me Cant. 4  
peruenerit tui dulcissimi odoris fragrātia, cuius est inestimabilis odor nimis, quia  
te circūdant, in te spirant flores rosarum, & lilia conuallium, quae ab omnibus filiis  
superne Hierusalem beatissima prædicari, dicentibus: Vnguentum effusum nomen Cant. 1  
tuum: nec immerito, quia in te filii tui omnis suauitas tam copiosa ab ipso immedia-  
te distillat. Si ergo ad me peruenerit odor tuus, currā & ego post te, & tecū post spō-  
sum odoriferū, donec ab illo tecū in cellā cœlestium aromatum merear introducei.

Videam igitur o formosissima faciem tuam, solis summi faciei solam simillimam, Cant. 3  
ducem erantium, lucem cœcorum, audiam vocem tuam singulari sonoritate sua-  
vissimam. Vox enim tua dulcis, ut ipse sponsus testatur, quia diffusa est gratia in labijs  
& mel & lac sub lingua tua: unde eloquij tui dulcedine tantum ipse dulcissimus filius Cant. 1  
& sponsus tuus afficitur, vt nihil velit vel possit tuus dulcedini denegare: quia fauus Psal. 44  
diffidans labia tua, & ficit vitta occinea, nimirum verbis ignitæ charitatis incompa- Cant. 4  
rabiliter ardentia. Videam ergo speciosam faciem tuam, eloquium ardentissimum  
audiam, vt particeps fieri merear speciositatis tuæ pariter & ardoris.

O quam beati sunt, qui vident te, qui te reuelata facie vident quotidie, qui organum dulcissimæ vocis tuæ audiant sine defectu.

Vt amans anima, caelestis Hierusalem beatitudinem, ordinisque  
sanctorum compleetur, illorumque felicitati congratuletur.

## CAPVT. XIII.

Kkkk 4

O Cuius-



**O**Ciuitas sancta Dei, nobilissima sponsa Christi, summa Hierusalem, congregatio omnium supernorum, cunctorumq; beatorum spirituum, quam mira & quam magna tui decoris elegantia, quæ tantis & tam speciosis ciuiibus, quam mirabilis decoris & suavitatis regina decoraris.

Gafar. 4

Hierusalem sancta, quæ sursum es, placet mihi, libertq; vtinam liceat tua intēdere claritati. Oblectat me valde bona tua puro mentis intuitu, & dulcissimo ac pio amoris affectu considerare. Tuæ enim charitatis iaculo vulnerata sum, tuo vehementi desiderio flagro, ad te peruenire cupio, te videre desidero. Liber itaque, liber oculos fidei in te attollere, statim mentis confirmare, affectum cordis erigere. Non est in te nox neque vlla tenebrarum obscuritas, non lux lucernæ, aut stellarū, aut lunæ, aut solis in te luce, sed Dominus Deus tuus illuminat te.

Apoc. 2

Agnus Dei lumen tuum, lucerna tua, luna & sol tuus, atque omne bonum, & gaudium tuum continua visio eius. Ipse rex regum in medio tui, & puer eius in circuitu eius.

Sunt etenim ibi hymnidici sanctorum spirituum-chori, Prophetarum prouidus cuneus, iudex Apostolorum numerus, innumorabilium Martyrum victor exercitus, sanctorum Confessorum facer conuentus, beatorum Monachorum candissima turba, tanto illic lætior quanto hic afflcta durius: sanctarum Virginum gloria caterua, tam oculis, quam auribus omnium sanctorum congregationi prebens gaudium singulare, dum præter communionem sanctæ & æternæ remunerationis coronam, virginali aureola redimitur,

*Vti amans anima Sanctorum, præcipue Virginum aureolam triplicem contempletur.*

## CAPV I. XIV.

**F**VLget autem inter omnes virgines specialius illa societas, quæ dupli, seutripli aureola coronatur, scilicet illa, quæ tam pro martyrio, quam pro virginitate, nec non & pro doctrina singulariter coronatur.

Ornatur præcipua his omnibus regina pulcherrima, quæ propter præcipue & summe castitatis munditiam, Virgo virginum iustissimè appellatur: unde & pulcherrimam virginitatis aureolam promeretur, quæ ipsam & remuneret, & designat. Similiter & aureolam martyris ipsi gladius doloris à Simeone predictus obtinuit, qui in passione filij sui dilectissimi ipsius animam dulcissimam amarissimè pertransiuit. Sanguine quoque suo, qui de filij manibus distillauit, quem filius ab ipsis accepit, ipsam copiosè rubricatam, quia iuxta crucem filij proxima mater stabat. Doctrinæ etiam aureola non priuatur, quæ ipsorum etiam Apostolorum fideliissima doctrix fuit, dum omnia verba ipsiis eructuare consuevit, quæ prima collocutione angelica in arca cordis fideliissimi conferre, & conservare pariter curavit. Quis huius reginæ & totius comitatus eius supereminenter pulchritudinem dignè poterit admirari? Quis cor suum ad tantæ gloriæ contemplationem, ad tam excellentis decoris admirationem digne poterit eleuare? beati, & verè beatii, quos elegisti Domine quos & vocasti & magnificasti.

Ecce lætantur coram te, quorū vnus labor, amare te dulcissimum dulcissimè. Vnum eorum negotium copiosissimè perfriu tam amato. O laborem omni requiri dulciores, & negotium omni ocio præferendum. Quam optimus labor amare te, quam ociosissimum negotium perfriu te. Quam dulciter requiescitis sic laborates,

quam

Beata Maria  
vñ de  
triplici au  
reola gau  
diat in su  
permis  
Luca 2

Lucæ 1

Psal. 64  
Rom. 8